350 Nobilis Stanislaus Walawski a iure foro suis propriis qui-
buscunque recedens Iuri vero Officii Castrensis Premisliensis iurisditioni se
submittens bonaque sua quoad actum praesentem in corporalem et in universum
mente et corpore sanus existens palam personaliter recognovit
Quia bona tenute sue alias sortes in Wirzchowicze et Sadkowi
ce qua habet a Generoso Joanne Herburth de Fulstin filio olim
Magnifici Joannis Herburth Castellani Belzensis in summa mille
quingentorum flor. pecuniae actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus
inscripta et obligata cum omni iure dominio proprietate ac in
omnibus generis utilitatibus, ut excipiendo eidem Joanni Her-
burth et illius successoribus, Iure ad festum Conversionis Sancti Pauli proxime venturum pro summa certa pecu-
niae ab ipso percepta de qua personam eandem quietat et liberat
facit arendavit et non arenda inscripsit. Et iam sibi eundem
in bona praefata dedit et admisit realem introductionem et actualem
pacificamque possessionem per eundem tradidit. Et hic idem prae-
fatus Joannes Herburth coram officio et actis praesentibus
personaliter stans recedens a iure foro suis propriis quibuscunque
suisque bona sua et submittens iurisditioni Officii Castrensis Premisliensis
quo ad inscriptionem in corporalem palam recognovit. Quia bona prae-
fata sibi non praemisso per ipsum Walawski arendata non alio
iure nisi vigore iuris arenda ad decursum praefati temporis
tenebit habebit et possidebit, post expirationem vero arende prae-
fati bona eadem libere dimittet in qua praefatus Walawski
intromittebit vel eius successores intromittent et nulla per hos
violentiam facient vel facerent. Cui intromissioni praefatus Joannes
Herburth cum suis successoribus contradicere non debebit sub vadio
originali inscriptionis contento

Iaworski reformat consorti

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus Premisliensibus Nobilis Andreas Jaworski a terris distri-
ctibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competentibus rece-
dens Iuri vero Officii Castrensis Premisliensis iurisditioni se submittens
bonaque sua omnia quo ad actum effectumque inscriptionis praesentis at-
tinet in corporalem et subiciens mente et corpore sanus existens
palam per expressumque recognovit. Quia Nobili Helisabeth
filie Nobilis Adam Goliczski consorti sue Trecentos flor.
nomine veri ac iusti dotis post eam in parata pecunia recepte
et talem similem summam Trecentorum flor. pecuniae nomine veri et
iusti dotalitii in et super tota et integra medietate omnium
bonorum suorum hereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium
in quibuscunque terris et districtibus regni Poloniae consistentium cuiuscunque
iuris et iurisditioni subiectorum nunc habet et in post habebit cum
et in medietate omnium summarum pecuniariarum in quibuscunque bonis
actis quibusvis inscriptis et non inscriptis in depositoque existentibus: Nec non
auri argenti, clenodiorum, margaritarum aurearum argentearum, curruum, equo-
rum pecorum totiusque suppellectilis domesticae, generis universorum bono-
rum suorum nominis et cognominis quorumque nominatorum et nuncupatorum, nullis pe-
nitus exceptis et exclusis reformat inscribit inducit et assecuravit. Ita quod
ipsa Helisabeth bona praefata in summa praedicta dotis et dotalitii simul
iunctis alias Sexingentorum flor. pecuniae monetae Polonicae cum omni iure
dominio proprietate tenebit habebit et possidebit iuxta morem et formam alia-
rum reformationum in regno Poloniae diutius factarum tentarum et observa-
tarum. Nihilominus praefatus Andreas Jaworski se et successores suos
super omnibus bonis suis in manus eiusdem Adam Goliczski prae-
obligat inscriptionem praesentem ex his actis adacta tertia per generosam
pro primis vel secundis terminis terrestribus seu pro prima at eundem
eodem terrium per generosam pone transferri transportare similique
vel si opus fuerit meliorem inscriptionem facere sub vadio Trecentorum 357
flor. pecuniae. Pro quo quidem vadio praefatus recognoscens cum suis
successoribus per eundem Adamum Goliczski aut illius successores citatus
extur a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis recedens
coram Castrensi Premisliensi Iudicio in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio omnibus
exceptionibus, contumaciis, praescriptionibus, suspensionibus, inhibi-
tionibus appellationibus earumque prosecutionibus, ad quietationem citationis
generaliter vel simpliciter insistentibus, actione pro maiori, poena teni-
mentum et triplici poena legalibus quibusvis impedimentis, ac aliis om-
nibus iuris cautelis iurisque remediis semotis et in partem eius
citationis satisfacere cum suis successoribus tunc quando opus fuerit tene-
bitur nulla praescriptione terrae in praemissis obstante

Glowa tenetur nepti sue

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
Premisliensibus Generosus Georgius Glowa Secretarius Sacrae Regiae
Mtis a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque
competentibus recedens Iuri vero Officii Castrensis Premisliensis iurisditioni
se submittens bonaque sua omnia quoad actum effectumque inscriptionis praesentis
attinet in corporalem et in universum mente et corpore sanus existens palam
per expressumque recognovit. Quia ipse summam mille florenorum
pecuniae monetae Polonicalis duabus inscriptionibus Castrensibus Premisliensibus
Generosa Zophia filia Generosi olim Georgii Glowa Bolsingeri
Sacrae Regiae Mtis nepti sue in bonis villae Jaczlow alias primum
summam quingentorum flor. pecuniae. Quam ab eodem olim Georgio
Glowa ad fidelis manus et fideli depositum ad servandum recepe-
rat, et deinde aliam similem summam Quingentorum flor. pecuniae du-
cat, et amore erga eandem Zophiam neptem suam praefatus Georgius
ductus amore et demonstraverat. Quae tamen inscriptiones praefatae
inscriptae erat et recognitae et non hab-
uit principium in actis Castrensibus Premisliensibus recognitae et non hab-
proprietate praescriptionisque summarum sunt abolitae, praedictarumque
in praemissis indemnitati praefatae Generosae Zophiae neptis sue